Dissertatio inauguralis medica, de amarorum natura et usu ... / [Theodor Renatus Rommel].

Contributors

Rommel, Theodor Renatus, 1669-Wedel, Georg Wolffgang, 1645-1721. Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae : Typis Krebsianis, [1692]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/f29s5xru

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA, DE AMARORUM NATURA & USU,

Quames, Decreto & Autoritate Inclytæ ac Splendidiffimæ Facultatis Medicæ,

GANGO WEDELIO,

Med. Doct. Confiliario & Archiatro Ducali Saxonico, Theoretices Professore Ordinario,

Patrono, Præceptore ac Promotore Studiorum suorum, filiali observantia & bonoris cultu, atatem devenerando,

Pro Supremo DOCTORIS GRADU, folenniter ac legitime, MORE MAJORUM, confequendo,

Publice & folenni JATROPHILORUM disquisitioni sistit THEODORUS RENATUS ROMMELIUS, Svevo-Ulmensis, Ad diem Augusti Ann. M DC XCII. In Auditorio Majori, Horis Ante & Pomeridianis consuetis. JENÆ, Typis KREBSIANIS,

S. R. L. REIPUBLICÆ ULMENSIS PROCERIBUS MAXIMIS,

INCLUTÆ AC LIBERÆ

Perillustribus & Generosis, Magnificis, Pranobilissimis, Maxime Strenuis, Amplissimis, Prudentissimis, Spectatissimis, Honoratissimis,

DOMINIS, DOMINIS DUUMVIRIS, CONSULIBUS, QVIN QVEVIRIS, RELIQVISQVE SENATORII ORDINIS MEMBRIS ET ADSESSORIBUS DIGNISSIMIS, MERITISSIMIS, GRAVISSIMIS, PATRIÆ PATRIBUS

vigilantisfimis,

Dominis Patronis ac Promotoribus suis, devotissimà obseguiorum alacritate summè devenerandis,

Tertiam hanc suam

eamque Inauguralem Dilputationem, Quinquennio in Stu dio Phylico-Medico absoluto, demissa observantia, & officiosis mi obsequii perenne monumentum, submissa mente, observanti anime humili piaque manu, cum Voto selicissimi Regiminis, & prosperrima Singulorum Incolumitatis, inquè sui, suorumque studiorum commendationem,

offert, dicat & conferme

VV. GG, MM. AA.

obstrictifimus

Theodorus Renatus Rommeliu



I. N. J.

Uanta utilitas ex doctrinâ de saporibus in medicam artem redundet, dici vix potest, quippe beneficio gustus facultatum principium particulare internum deprehendimus.

Sal enim tanquam primum sapidum, & virtutum reliquarum velut interpres quidam, præcipuè sapore cognoseitur, ut ex eo hinc de mixtorum temperie, effectu & virtute sacilius judicium ferre possimus : si attendamus ex quanam saporum classe sit illud sal prædominans, an sit amarum, vel acidum, vel dulce.

Præcipuum hujus doctrinæ fructum quotidiè fatis in Therapià experimur, dum, præcognitis prius medicamentorum facultatibus & qualitatibus, illa juxta harum prædominium & activitatem dicimus effe vel calida, vel frigida, vel emollientia, vel aperientia, & quæ funt alia.

Hujus igitur doctrinæ utilitas, non minus ac jucunditas & raritas, nobis occasionem dedit de NATURA ET USU AMARORUM inpræsentiarum disquirere; quia & hoc in passu

dulcia non meruit, qui non gustavit amara.

Summum igitur Archiatrum precamur, velit nobis Spiritus S. gratia affistere, quò omnia eveniant feliciter!

CAPUT

CAPUT I.

Amarorum Natura.

Des

Ti aliàs voces rerum fignacula scrutari fas est, ita & nobis licebit, amarorum penetralia scrutaturis, No-MINIS explicationem delibare.

Perinde verò fuerit, an à mari, quod fallum & amarum est quoque, an potius ab Hebrzo fonte Damarus, & amarus fuit, id nominis derivemus; à quo & maris & myrrhz origines petunt alii communiter. Grzcis muegv audit, Germanis bitter/quorum omnium primum ortum investigare nec utile, nec opus est.

Notat verò amarum, indeque dictus amaror, propriè guftu deprehenfum faporem, qui & dulci inprimis, & hinc reliquis partim opponitur & adverfatur, quod contrario modo guftatum afficiat; partim contradiftinguitur & peculiarem claffem conftituit. A proprià hâc fignificatione translatè idem accipi confuevit pro ingrato, trifti, iracundo, tadiofo, odiofo, morofo, acerbo, & fimilibus animi affectionibus, unde amarz curz, amari fermones, amarulenta lingua, amara dies, i.e. zrumnofa, amara mulier, apud Terentiam Hec. act. 4. fc. 4. quz perverfa & malitiofa eft. Sic & fumus amarus Virgilio, pro acri & ingrato, & amara terra pro fterili accipitur, ne mortem amaram, & alia laudemus. Speciatim apud Hippocmtem margi, amarulenti dicuntur ad deliria proni, l. de vict. acut. c. 21. t. 21. fenes, l. de dec. ornat.c.1. t. 17. & tum ibidem tum alibi id ad mores animi applicatur.

Ad noscenda hæc intimius duplici notione facere queunt incudi considerationis subjecta phænomena, prout spectantur in suis objectis, & hinc examine sensum, ignis & mechanicæ probata. Sic, quæ distinctiones etiam cum aliis sunt communes, amarum aliud (1.) est *in se*, simpliciter & absolute, aliud *secundum quid* tale & participative, vid. Laurent.

Gryll.

Gryll. 1. 2. de sap. Amar. c. 1. Valet hoc tum de aliis, tum præcipuè de salinis, ut nitro & aquâ marinâ ipsâ, quæ salsa sunt, sed sub salsedine hâc suâ condunt aliqualem amaritudinem. Idem quoque applicari potest ad alia, v.g. la&ucam & similia, ubi obvenientes diversæ particulæ aliæ saporem modificantes obliterant quodammodo amarorem, & eundem tamen simul offerunt.

Enimverò (2.) Amara alia funt vegetabilia, quorum feriem recenfet Macafius prompt. M. M. l. 2. c. 3. p. 143. feqq. & inftar omnium est aloe, fel quoddam vegetabile; herba & flores centaurii minoris, quod fel terræ dictum est, radix amara za? ¿ζοχήν talis, gentianæ, cortices item aurantiorum, lignum colubrinum, pulpa colocynthidis, semen Zedoariæ & similia. Alia animalia, ut sella animalium, præsertim calidorum, animosorum & iratorum, uti sunt canis, lupi & similium. Alia mineralia, ut nitrum. Utut verò in metallis minus obvia sit amarities expressa, quod minus sint solubilia; habent tamen & in recessu

(3.) Aliud est manifestum, aliud occultum. Illud à priori magis tale, sensum primo afficients perfecte & per se; hoc partim magis à posteriori, priori sapore immutato & exuto; partim aliis obtundentibus mitigatum & in medium statum mutatum. Sic elegans est phænomenum primum, acria & aliter sapida visa, reddi amaricantia coctione, quod experimento nasturtii aquatici verum est. Sic occulta est bilis in massa sanguinea, ex qua separatione manifesta reddita amarorem suum eminenter demonstrat, eundem verò iterum confermentatione assumptorum occulit, ut in scybalis sepultus sit, nec amplius visendus. Valet idem de aliis pluribus.

Affinis huic (4.) est distinctio, quando aliud amarum est nativum, originarum, spontaneum & essentiale, aliud verò productum & adscititium. Illud est statim & semper suum, sibi relictum, à naturâ inditum & specificam sortitum crasin, uti sunt jam nominata omnia. Hoc sit depressione vel alteratione seu naturali, seu artificiali, seu plane quoque accidentaria,

85

& præternaturali $\mu \in Goolf, immutatione, corruptione, depravatione, ut alium ac prius faporem offerat mixtum. Hinc$ etiam grata prius, fuavia & dulcia, amarorem concipiunt,fiinter coquendum adurantur, aut evaporatione nimis infpissentur, teste Willis. lib. de anim. brutor. c. 12. de gustatu p.96.Hinc fuligo est amara & quæcunque adustionem passa funt.Sic & alimenta faccharata & dulcia, ipsum lac, facile in ventriculo intemperato corrumpuntur, & in humorem amarescentem degenerant. Idem; l. c. liquores etiam ob empyreumacontractum amarescere scient.

6.

Hinc (5.) alia itidem sunt amara per se & actu secundo, na]' ¿Zoxn'v talia, quorum mentio passim fuit facta ; alia per accidens & potentià talia. Referri huc potest amaritudo in vino ex vetustate, teste Galeno, l. 1. de antid. c.3. qui ipse etiam jam mel cocum amarescere afferit. Sic addi potest dictis exemplum nucum juglandium, non solum corruptarum, fed & germina expromentium, si recentes in arena servatæ attingant ordinarium vernum tempus. Tacemus gustationis varietatem ab organis diversis eorumque dispositione. Sic fæpe huic amarum videtur, quod aliis bene fapit, uti & iple Theophrastus 1. 6. de causes plantar. c.2. dicit rov nuiv y Aunuv, Etépgis tioi tov gow ervey Tixegv, nobis dulce, aliis quibusdam animalium effe amarum, & contrà. Febricitantes quoq; & icterici aliquando, ob lympham bile infectam, fingula fibi oblata putant esse amara. Quorsum & illud spectat Regum fapientiffimi Prov. 27. v. 7: Animæ famelicæ omne amarum dulce.

Dici verò potest etiam (6.) aliud simplex magis, aliud compositum. Illud sibi relictum, nec aliis qualitatibus mixtum, ubi major, sola, nec impedita est amaritudo, uti in selle & colocynthide sefe exerit; hoc variè cum aliis combinatum, comitatum & mixtum, quale est γλυκύπικεον, dulcamarum, oξύπικεον, amarum · acidum, saltim per mixtionem, amarum · acidum-dulce, quod in oxymelite squillitico patet, ut amarum-falsum, amarum aromaticum & alia non laudemus.

Porro (7.) aliud amarum est volatile, aliud fixum, prout diversum diversum motum eidem conciliant principia mixtionis interna, & externa motûs alia. Sic fixa sunt magis, quæ plurimum de principio terreo, vel acido etiam aliquando, participant: volatilia, quæ magis vaporosa sunt, sale & sulphure volatili magis in motum citata, ut absinthium. Exemplum utriusque præbet bilis, quæ utrumque hunc statum subit, & in corpore exerit stis superque; fixior in melancholicis, acrior & mobilior in maniacis, in febribus & aliàs, medio modo se habens in ictero.

(8.) Alia amara sunt concentrata magis, & sic eminentia, uti laudata sepius fel & colocynthis ; alia magis diffusa & diluzz, que aliis particulis distemperantibus terreis vel aquosis gaudent, uti maximè amarum diffusivum est. Affinis huic est differentia

(9.) A diversitate faporis quoad gradus facta, ut primo gradu talia fint fubamara, amariuscula, leviter & obtuse amara, licet diversis mansionibus, ut rosa, lactuca, cichotium recens, chamomilla, fumaria, chamædrys; secundo amara, ut rhabarbarum, scordium, carduus benedictus, opium; myrrha; tertio amarissima, ut gentiana, aloe, colocynthis, & alia exquisite talia.

Denique (10.) Amara à formâ externâ, seu consistentiâ & corporaturâ non unâ, alia sunt *solida*, alia *liquida*, alia *mollia*, seu media ; secundum quem solutionis modum fluida intimius & immediate magis gustatum afficiunt, quâm reliqua.

Pofitis his divisionibus diffinctius amarorum naturam noffe poterimus, unde prius, quàm ulterius progrediamur, liceat, reliquis phænomenis probè pensitatis, sequentem laudare DEFINITIONEM, quæ breviter & velut in summåtotum eorum latifundium deteget : Amarum est qualitas mixtorum activa & medicamentosa, laxans & stringens, ab alcali, partim volatili, partim fixo, intimè coadunito cum sulphureo ac terreo, dependens.

Cum omnis definitio constare debeat genere & differentia rentiâ specificâ, GENERIS loco ponimus qualitatem, sub hâc enim sapores militant, ita quidem ut sensum moveat, & ex motu aliquo nascatur qualitas gustabilis. Consideramus enim eandem, prout in mixtis est, & qualis lingux examini occurrit, secundum suam energiam. Hoc enim pacto non opus est, ut negemus esse qualitatem, assendo cum Hamelio 1. de corp. assest. c. g. p. 85. esse assionem vel motum alicujus corporis, paulo axúpws, ut videtur, ultimate enim res eo redit, qualis fuerit actio, qualis motus, quo inde afficitur gustatus organum.

Qualitas est mixtorum, objecti vicem obeuntium, simplicia enim sunt insipida, & ex combinatione principiorum materialium exoritur hæc qualitas, hic sapor, h. l. amarus. Qualitas activa, alterare apta, adeoque medicamentosa, alimentosæ contradistincta. Uti enim alimentorum proprium requisitum est, ut sint dulcia, & dulcia nutriant reverà, privative & positive talia; ita amarities tanto magis ex alimentorum classe fecludit mixta, quo majori gradu eadem gaudent & sigillata sunt, condimentorum potius, quàm alimentorum nomine venientia, quod exemplo olivarum, croci & similium abunde notum est.

Qualitas est medicamentofa, latius sumendo & hanc vocem, hæc enim regula quædam est amarorum, tum purgantium, tum alterantium, non obstante, quod excessu quodam, vel peregrinâ aliâ qualitate comitata etiam venenosa deprehendantur quædam amaricantia.

Reliqua verò asserta cum probatione ulteriori indigeant, consultum suerit phænomena, quæ partim hæc dilucidant, partim suggerunt & consirmant alia inde deducenda, huc arcessere. Etenim si illa lustremus, deprehendimus primò, ingrata esse gustatui amara, omnibus aliis contrà. Tη yeúor, inquit Plutarchus l. 1. sympos. qu. 6. p.m.624. παίντων di τῶν χυλῶν ὁ πικρος ἀndésal. Gustatu omnium saporum injucundissimus est amarus, falso contrarium asserente interprete Latino, Utut enim seu assuetudine, seu conformationis quâdam quâdam diversitate, seu effectu multis gustus aloes gratior fit, quàm mellis, quod Helmontius testatur, Dispens. Mod. 5.30. p. m. 371. illud tamen ordinariè ac per se minus valet, corrigendo sape appetitu sensitivo ipso rationali, vel obliterando eodem quocunque modo. Quis unquam, si loquamur cum Scaligero, sensit magis abominabile gustui, quàm ipsam aloem? Nihil ego quidem. At cum ejus non ferendo vel gustu vel odore ascivit sibi divinitatis nomen in sacrà illâ compositione, (hieram picram intelligit.) Exerc. 142. t.2. p. 485. Pertinet huc exemplum è Sacris, ubi filii prophetarum è colocynthide agresti paratum pulmentum non poterant comedere, inde exclamantes: mors in ollâ. l. 2. Reg. c. 4. v. 39. seq.

Nihilominus tamen subamara condimenta & correcta paullò etiam gratiam quandam inveniunt, exemplo laudatarum olivarum, ubi oleos miculæ amarorem leniunt, pulmenti ex nasturtio aquatico, ipsiusque cum carnibus cocti, acetarii ex radice cichorii, &c. In vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat, ut Seneca scribit ep. 63.

Notabile est phænomenon alterum, quod amam sapore conveniant generals, differant specifico, idque miris & infinitis quasi modis, argumento manifesto diversitatis mixuonis, principiorum constituentium, indeque oriundarum & exerentium se qualitatum. Idem & de textura asserere licet, exemplo amygdalorum dulcium ambrosinorum, & amarorum, absinthii vulgaris & dulcis, seu insipidi, dicti, aliorumque, quæ edocent satis non tam externas particulas scenerari hanc qualitatem, quàm internas & solubiles, de quibus mox.

Si tertio fenfus exploremus, quomedo fe habeant ad amari occurfum, eximiè id confert ad naturam eorum explorandam. Enimverò videntur primâ facie autores diffentire in affignando hoc afficiendi modo, quatenus unum folum & pracipuum nominant. Verum est, amarum linguam mordicat, teste Galeno, 1. 4. Simpl. Med. c. 17. abstergit & quodammodo everrit, quod Hamelius afferit, assi idem etiam corrugat fimul & ficcat. Quis nescit. ab ingrato amaro fapore mox caperari frontem, corrugari faciem, contrahi linguam?

Adeoque

Adeoquedistinguendum est probè inter amara & acria; verum est morsicare amara, sed sibi relicta simul contrahunt quoque. Hinc utrumque conjungit Plusarchus l. c. asserens, την πικούτητα τές πόρες αμύωτων και δηγμον έμποιέων, αmaritiem meatus vellicare ac mordere. Subjungit verò : Τα Φλέξια της γλώπης μαλακά και μανώπερα όντα συντέινς παρα φύσιν ή της ξηρήτη Φύσις, έκτηκομένων των ύγρων, venas lingua molliores ac rariores contra naturam constringit siccitatis natura, bumore consumpto. Hinc ut acidum stringit & pungit, acre laxat & pungit, dulce laxat & demulcet, ita amarum laxat & stringit, seu laxando stringit.

10.

Idem quoque confirmat tactus, fi vulneribus cruentis v. g. ulceribusque vel integris etiam partibus applicentur amara, laxando ftringunt, unde contrarii vili effectus conciliari queunt. Neque obftant hi, quin agnofci debeant, & occurrant confiderati quoad diverfitatem particularum mixti, diverfitatem humorum, quos alterant, fanguinis & feri, & combinationem communem cum aliis, in fuo quidem genere spectatis. Sanè verifimum est affertum Exc. D. Pechlimi lib. de purg. c. 16. amarum modo faltim affectionis ab acri differre, ob modificationem falis puta, quod propriè acrimoniam largitur. Adeoque tactu quoque funt media, variant tamen pro falium exuperantium miscelâ, unde vel levius morficant, vel gravius, prout à fulphure & terrâ aliisque retufa funt.

Quod fi porrò odorem confulamus, afferit quidem Pergamenus, odore carere amara, l. c. c. 22. idque de quamplurimis verum eft. Non gentiana, carduus benedictus, aliaque odore pollent aliquo eximio ; alia tamen eundem obtinent & fuggerunt fapori congenerem, ut abfinthium, fcordium, opium ipfum. Fixiora paulo, ob fal fixius & fulphur, minus odorata funt, quo volatilius verò idem & magis tarefactum eft, eò magis etiam odore gaudent. Novimus, qui quoties aloen vel degustant, in sternutationes citantur, essua

roatern corrugari facteen, contrahi imguara?

Adeoque

Sic & inflammabilia funt amara, ut bilis exficcata, opium, aloe, & alia, fed obfcurius paulò, & oleum fundunt in torturam vocata. Oftendunt etiam miculas fuas gummi-refinofas, & magis respective resolubiles, menstruo cuicunque subjecta, seu aqueo, seu acido, seu spirituoso vinoso; quod ipsum phænomenon sulphuris texturam dilucidat, unde & prompte gustatum afficiunt, secus ac refinosa.

Memorari & illud meretur, quod *amaricantes plant e p'u*rimum falis fundunt, alia volatilis, alia inprimis fixi. Quando enim fubjiciuntur ignis examini, id ad oculum patet. Ex opio fal volatile urinofum ftillat deftillatione, ex abfinthio, card. benedicto, centaurio minori, fcordio, artemifiâ & aliis optime & præcipue parantur per incinerationem falia; ex abfinthio, floribus liliorum convallium, aliisque fixum & volatile obtineri poteft. Et contra ca ex amaris hifce pure & exquifite talibus nullum obtinetur per pyrotechniam acidum; quamvis ex acidis, ut tartaro, ligno fancto, & aliis fimul habeatur amarum in oleo, quod admodum fingulare eft.

Nec illud reticendum curiofum phænomenon, quod 4mara conftante amaritie fublimari & per afcenfum destillari nequeant. Utut enim spiritus quidam amaricantes volatiles, vinosi, & olea ætherea amaritiem præse ferant quoque, v.g. ex absinthio, pleraque tamen reliqua, & quoad maximam, si non omnem, partem, integram cum amarore essentiam, extractumve relinquunt in fundo, nec super alembicum vehi patiuntur. Hinc aquæ non nisi dulces, minus amaræ, ex amarissimis licet destillantur, nec aquæ consequenter, imò nec spiritus, ex opio soporiferæ, ex aloe, colocynthide, helleboro purgantes consurgunt, in imo quærendis viribus illibatis, non in sumo, unde fixiora za? ¿¿oxnu quoque amara pronuncianda.

Insuper nec id intactum relinquendum est, quod amam cum acidis commissa, sub legibus quidem aliis concurrentibus fermentationis, subeant vel cieant fermentationem. Demon. strat id curioso experimento fermentum aloes D.Prasidis, quando cum crystallis vel cremore tartari remixta aloe breviid ad

B 2

ocu-

oculum exhibet. Par ratio eft, si colocynthis in censum simul veniat. Idem in fermentis aliis quoque valet, promotis ab amari inprimis accessione. Imò dudum id tetigit callentissimus Hippocrates, qui l. de vist. acut. c.29. t.9. annotavit, quomodo se habeant amara acidis opposita, μετεωειζόμενα ύπ' duτέ8, dum ab ipso attolluntur, dissoluta sic & attenuata. Ita enim το εκφλεγματέται, reddendum esse, & rei ipsius ratio innuit, & vocis emphasis deposcit, secus ac vulgo reddunt, in phlegma seu pituitam redigi, contra asserta. Et hoc pacto quoque intra corpus bilis fermentum constituit intestinorum, cum acido non tam succi pancreatici, quàm assumation exuens.

Liceat & illud repetere, quod empyreuma fulphuri amaritiem inferat, per mechanicam, uti & fulphur fanguinis adustum in corpore fero incoctum in bilem concedit, lac item in ventriculo calidiori, & dulcia bilescunt facile. Tacemus etiam in præparationibus culinariis, per errorem vel negligentiam jam tactam, producto calore ignis, amarorem vel quasi talem conciliari pani, (unde illud Schole Salernizane: ne comedas crustam, choleram quia gignit adustam,) carnibus aliisque.

Denique aman putredini funt contraria, ab eâdem præfervant ac condiunt. Sunt enim eadem non quidem refinofa, quæ genuina balfamationis funt materia, attamen aquei humoris expertia, fixiora, minus difflabilia, funt verminofæ putredini adverfa. Hinc, verbis Galeni l.7. de med. fimpl. facult. cap.20. amara minime omnium putrefcunt, nec vermes aliaque animalcula, qualia in radicibus, herbis & fruticibus putrefcentibus provenire folent, procreant. Hinc ad cimices abigendos videmus toto die adhiberi fella animalium, vel alia amariffima; fimiliter vestimentis, præfertim pelliceis, ne blattis & tineis infestentur, ficque corrumpantur, abfinthium imponitur. Maxime omnium id præstant amara fimul balfamica, ut aloe, myrrha, & fimilia, toto die ad mumifanda & condienda cadavera adhiberi folita. Sic & lupulus condit cerevisiam.

Refinositatem etiam aliquam terream inesse amaris aliud lind experimentum probat, fi quis incredulus fulphur in iis agnofcere renuat. Nimirum vitriolata amaris mixta, ut abfinthio, ejusve effentiæ, f. & compof. imò ipfis rofis, liquori nigredinem conciliant, qualem aliàs à refinofis confurgere obfervamus, vel atramenti exemplo. Hinc Ra Atis abfinthiaca id edocet, aliaque.

Quod itaque mechanicam attinet amarorum, quare hunc infuavem ac triftem quafi fenfum linguæ inferant, & unde effentiam fuam fortiantur, plures quidem hypothefes occurrunt, quibus explicare eundem annituntur Philofophi ac Medici; commode tamen ad tres claffes redigi poflunt. Prima eft, quæ elementarem Philofophiam, ut ita loquamur, fectantur. Inflar omnium eft Pergamenus, qui l. 4. fimpl. c. 19. S 20. ftatuit amarum fieri à calido, materiam terream ficcam & craffam adurente & extenuante; & naturâ velut fuliginem ab exaffatione referre. Secutus hunc Fernelius craffam ejus effe materiam atque terrenam, quam exuperans calor præaffavit & exficcavit, l. 4. M M. c. 3. p.m. 227. afferit. Preffius Scaliger ex. 160. t. 3. in aloe, inquit, terræ haud parum, igr is multum.

Altera est, qui corpuscularem venerantur cum Democrito, cujus sententiam refert Theophmstus 1.6. de causis planmrum c. 1. vocasse saporem mixego, scribens, rov mees Øepn, sed heiev exosta onohiorne, uével & de uixego, amarum, circinatam & levem habentem inaqualitatem, molem vero parvam.

Cartefiani idem ferè diversis tamen terminis exprimunt. Ita à particulis aculeatis & hamulatis, parumque inflexis & asperis eundem derivat *Cman. Tr. de hom. c. 111 p. 626. Gmndius in Infl. philof. p. 8. de hom. p. 845.* à particulis intortis. Jens Enchir. philof. aph. 617. p. 118. à particulis hamatis & dentibus praditis. Audiamus & Hamelium, verifimile est, inquientem, constare partibus solidiusculis, ramosis, vel mutuo implexis & scopis similibus, l.c. p.196. Addit: sed de his nihil certi statui potest. Eleganter de hoc Plinius l. 22. c. 21: Est & rat o subtilitatis immensa à Platone descendens: corpu-B 2 sculis rerum lævibus, scabris, angulosis, rotundis, magis aut minus ad aliorum naturam accedentibus : ideò non eadem omnibus amara aut dulcia esse.

Omnia hæc illustrat & dilucidat apprime , quæ tertia est, per ignem philosophia. Hæc enim ad oculum sistit partes salinas, easque solubiles & sapidas medstær, salinas h. l. alcalicas & sulphureas, ab iisdem & calore proprio evectas, & terrearum prædominio simultaneo coalitas, quod & ex dictis & effectibus latius patere potest. Ut taceamus Willissum 1, de Ferment. c. 2. arbitrari, amarum oriri ex mistara spirituosarum, sulphurearum & salinarum portionum, quem & Hamelius sequitur; partes enim mercuriales modificant potius volatilitatem amari, quam estentialem largiuntur speciem.

Sane fi fateri volumus quod res est, non sibi contradicunt hæ hypotheses, sed altera alteri est subordinata, & tantum abest, ut altera alteram impugnet, ut potius illu. ftret magis, modo ipfi autores velint. Enimvero fatendum eft, saporem amarum æque ac dulcem esse omnium maxime compositum, haberi tamen posse in abstracto simplicium loco cum Philofopho, & tanquam extimi quidam termini faporum reliquorum, ut album & nigrum colorum intermediorum; ita quidem ut sub dulci pingue & insipidum, sub amaro salfum contineatur; inter hæc vero acre, aufterum, acerbum stacidum militent, ex l. 2. de anim. c. 10. Sicut vero juxta eundem I.c. דם עלטהואלע להו ד׳ לטעמעל דסוצדעי. עלטהטע ל דם אסווחדו. nov enterexcha aufs, gustus instrumentum id est, quod est potentià tale : gustabile autem id, quod ipsum operatione sua efficit; ita omnium maxime materiæ secundæ hæc dispofitio, textura & constitutio è principiis chimicis ad oculum fisti potest.

Et ex his quoque ulterius, unde arcessenda sit amarities hæc, tanquam effectus eorundem, à priori patere potest; non sanc ex aere qui in se nec acidus, nec amarus est, & si talis suerit, vitios, vel, ponamus quoque, per se neutiquam inde in consortium texturæ petipotest. Non ex aquâ pluviâ, aliâque nutribili tribili plantarum, quæ dulcis eft, non ex terrâ, quæ id non pofidet, fed ab interno rectore, à fermento ipfis proprio, à feminario, ut vocat Laurentius Gryllus I.de sap. dulc. & amar. e 3. & passim, provenit. Communi enim gaudent materiâ prima illâ, aquâ pluviali & terrâ, quæ deinde ob fingularem cujusvis plantæ idiofyncrafiam, in eorum ventriculis quafi & venis latentem, fortitur effectum diversum...

15.

Mirandum omninò, quod hic ipfe autor, meditationi & fcrutinio horum intentus, veritatem invenerit, ac etiamfi minus è principiis Chimicorum deducere amarorem & dulcedinem intendens, in corum tamen callra tam generosè quoad hoc concefferit, latius *utroque libro* de eo vilendus. Tanti fcilicet est exrebus philosophari.

Posito ergò hoc interno principio, omnia concordant & concurrunt reliqua, ut elater plantæ cujusvis modificetur ad archei universalis, calidi & humidi macrocosmici, statum; ut textura particularum & materiæ secundæ, salis, sulphuris & mercurii, infinitis modis disponatur ac variet. Hine speciatim sulphur prædominans, cum sale alcalino hane, diverso gradu, mutationem subit, ut, silente acido, conferentibus & alteratis simul reliquis, invicem se modificent, illud exaltetur magis ob texturam symbolicam, hoc combinetur & alteretur itidem, in particularum terrearum sinu, sub calorismixti vel animati, interni & externi, dispositione, ut stringendo laxans qualitas, uno verbo amaror, confurgat. Adeoque ut dulcis sapor ex sulphuris & acidi, ita amarus ex sulphuris & alcali modulis enascitur.».

CAPUT II.

Amarorum u/u.

Um de natura amarorum jam fatis fit dictum, ordo nunc postulat, ut ad eximios corundem in medicina usus, quos præstant, enarrandos pergamus.

Optime

Optime de usu hoc amarorum aliorumque similium in genere Coust. 2. de diet. c. 7. t. 5. scribit : 8 The dutiv Suvauiv Ex801, non candem vim babent, neque dulcia inter se, neque amara, neque ulla aliqua ejusmodi, multa enim extalibus funt, que & alvum emolliunt, & fistunt, ficcanté; & humectant. Sunt & que adstringunt, itemque alvum movent & urinam cient; Sunt quæ neutrum horum faciunt.

16.

Verum enim omnino eft, tantam effe horum differentiam, ut in genere seu collective minus liceat universaliter eadem de omnibus afferere, ut distributive de singulis seorsim. Attamen non incongruum videtur prædicata ac effecta amarorum lustrare, ut pateat, que in genere illis tribui queant, quæ minus, & quas ob causas id fiat.

Itaque primus usus, qui ab amaris est expectandus, statui potest alcerans, & quidem calefaciens. Relata enim ad corpus humanum calida sunt pronuncianda, seu autoritatem spectemus, feu rationes ex elementis illorum petitas, seu effe-Etus quoque. Tà minegi gepuaiver né Dune, amara calefacere consueverunt, affertum est ejusdem Coi l. c. c. 33. t. 4. Confirmat Galenus l. 4. fimpl.c. 6. Tei Tingo Tava Jepua eivay, amara omnia effe calida.

Nec obstat, effe, qui contrarium tueri fustinent. Sic no. minatim Franciscus Valeriola I.1. enarrat. med. per tot. id probare contendit exemplo opii, p. os. quod frigidum putat, item cicutæ, cichorii, endiviæ. Sequitur illum Laurentius Gryllus l. c. l. z. c. 6. p. 87. qui Galenum hoc scribentem non opus habere prolixà refutatione inquit, cum experientia fenfus & exempla reclament ; quamplurima enim amara, etiam impense talia, tamen effe frigida, exemplo cichorii, quodideo muego vocatur, endiviz, sonchi, lactucz adultz domestica, & prafertim filvestris, qua ut amarior, ita domestica frigidior, adeo ut caput stupore tentet, opii denique & papaveris ipfius.

Enimyero ratum est in scholis medicis, non tam qualitates primas abstractive effe considerandas, quàm reliquas quoque,

his

his substantes, vel eas sustinentes potius; ratum item, calida medicamenta in calidis quoque morbis prodesse toto die, non tam effectui, quàm causis opposita. Adeoque non sequitur, quicquid in morbis calidis, in febribus & inflammationibus prodest, id frigidum est. Plura hanc in rem legi possunt in Opiolog.D.Prasidis 1.1. Sect. 1. c. 6. p. 29. & Amænitat. mat. med. sect. 1. c. 6.

17.

Nec aliter fe res habere potest, calida enim sunt amara ob alcali terreum, & sulphur paucâ aquâ dilutum, prasertim, quod utraque acido careant, hinc rarefaciunt, sulphur exaltant, & calori fic qualitatem suam scenerant corporis, & propterea in morbis & affectibus ab intemperie frigidâ ortis, v.g. in cachexiâ, intemperie ventriculi frigidâ & aliis quamplurimis, nullo contraindicante opposito, optime prosunt, & meritò in usum vocantur. Ratum itaque manet, quod amara omnia quoad faporem sint calida, & similem effectum univoce post fe relinquant. Confirmat idem quoque Helmontius, qui l.de lithias c.g. S. 87. dicit amara in scholis medicis notabiliter calere ; secundo nimirum gradu.

Ab activis qualitatibus progredimur ad passivas, quæ primis substant fere. Adeoque 2, amam ficcant, puta in usum deducta, corpus enim ejusque partes ab iis ficciores fieri, nemo facile ibit inficias, five eorum principium activum sulphureum, idque intensius, & salinum respiciamus, utraque ficcandi facultate eximia prædita : five passivum, particulas scilicet terreas, quæ humores in se recipiunt, imbibunt & ab. forbent. Hinc & Plutarcho laudatur Suvauis ava Enpavriun naj dánavo úzewv, vis exficcandi, humoremá, consumendi.l. c. 1.1. Sympos. qu. 6. Hinc & hoc titulo putredini refiftunt, & partium tonum roborant amara, & superfluam humiditatem stagnantem intus & extus corrigunt, & epulotica constituunt ulcerum remedia. Exiccant citra morfum & calorem, eoque exulceratis partibus conducunt, teste Gal. 1.5. de comp. med. u. y. c. 2. ut acria è contrario irritant, & fluorem in partibus affectis concitant.

Confi.

Considerandus etiam venit amarorum usus 3. quod *ape*riunt, incidunt & attenuant, idq; eminenter & cum ¿žoxn quâdam ac privilegio. Sanè non fola funt aperientia volatilia, quæ promptè quidem & cum impetu quodam aggrediuntur materiam morbificam, fed hinc remittunt eundem, nec partes roborant, ac stimulant simul; fed & fixa, & inter hæc inprimis amara, genuina obstructionum panacea. Hæc enim non modò acidum & pituitosum, earundem materiam, expugnant, meatus item, ut porum choledochum, ureteres, intessina, ductum pancreaticum, vasa lactea, mesenterica, uterina aliaque expediunt; verùm quoque elaterem viscerum seu tonum roborant, fermenta restituunt, ut ubique naturaliter excernenda debito promoveantur modo.

Hinc ad motum aptant humores remorantes, & propterea menses quoque citant, quatenus & motum sanguinis promovent, & acidum domando opyaouo' inferunt. Hinc & hypochondriacis conveniunt, quatenus resolvunt coagulum salino-tartareum, acidum peccans corrigunt, edulcant & saturant. Inter hepatica igitur & splenetica amara commodè primo loco recensentur. Hinc exempli loco rhabarbarum anima hepatis vocatur, tum quia partibus amaricantibus bilem expedit, tum quia unà partibus terreis villos roborat. Hinc icteri, scorbuti, cachexiz, hydropis sunt remedia genuina, tum sola, tum cum martialibus & aliis maritata.

Cumque speciatim 4. Amara precipitent & absorbeant acidum, tum alios plures scenerant usus, tum optima sunt etiam sudorisera, ac speciatim sebrisuga, quoniam transpirationem impeditam promovent, vias liberant, humores resolvunt, fluxiles reddendo concretos, absorbendo acorem. Hinc in febribus intermittentibus, quotidianis, tertianis & quartanis, specifica sunt remedia, exemplo centaurei minoris, cardui benedicti, tertianariæ, gentianæ, ligni colubrini, radicis cavæ & aliorum. Non minus constituunt optima diuretica, unde Gal. 1. 10. de comp. med. sec. loc. cap. 1. affirmat amara calculoss auxiliari, quatenus scilicet secant & extergunt coagulum lum illud mucosum terreumque. Imò inter præcipitantia quoque alia militant, ubi motos componere fluctus est animus, ut in vomitu. Hinc & à Galeno 1.4. de med. fimpl. fac. cap. 18. comitiali morbo competere dicuntur.

Nobilis eft 5. amarorum ufus *abstergendi & detergen*di. Ob easdem enim particulas inciforias inæqualitatem viarum, parietum ac pororum extricant, & ficcant. Abstergunt *bilem*, unde specifica funt in ictero, v. g. curcuma, quia partibus amaricantibus acribus detergentibus gaudet. Abstergunt *pituitam* in ventriculo & intestinis, alterando, & purgando quædam, ficque tollunt cruditates. Abstergunt bronchia pulmonum, unde incidendo, abstergendo & refolvendo in asthmate, tussi, phthis profunt, exemplo squillæ, tussilaginis, fcordii, trifolii fibrini. Abstergunt externè quoque in scabie, ephelidibus, lentiginibus, aliisque cutis impuritatibus, partim virtute scalino-fulphureâ, partim verò exficcando quoque.

Amara 6. funt purgantia, ex quorum numero funt rhabatbarum, aloe, agaricum, colocynthis & exinde parata, electuarium hieræpicræ, trochifci alhandal, pilulæ, extracta, quæ optima funt purgantia cholagoga & phlegmagoga. Curiofum eft, quod vulgo minus attenditur, purgantia duplicis effe generis, alia ab acido comitante ftimulum mutuati, ut refinofa, gialapa, fcammonium, & alia : alia ab amaro comite, ut laudata noftra, unde fine dubio etiam ratione texturæ hujus inter fe funt diftincta. Hinc medici, ut cum Sophocle loquamur : muegiv xolniv uligon Papuano murgo, amaro amaram pharmaco bilem eluunt. Caute folum cum iis eft mercandum, ne dum continuato ufu prodeffe volumus, lædamus & tenefmum hæmorrhoidalem excitemus.

Sunt & amara 7. inter præcipua antapbrodisiaca, quatenus departa feminali sunt contraria, (ut dulcia contra ea eidem velisicantur,) minus nutritioni favent, adeoque nec supersuitati huic alimoniæ, attenuant $\gamma \lambda \sigma \chi e \sigma \pi \pi a$, sicque sigunt, & enervant potius. Hinc illud proverbium huc applicari potest, mentham belli tempore non serito, nec edito. Hinc C 2 estentiæ effentiæ castitatis pro basi agnoscunt amara, quæ & ichorescentiæ seminis, pollutionibus nocturnis, gonorrhææ in genere sunt contraria.

20.

Nec reticendus quoque 8.amarorum usus, quod ebriemtirefistant, & ab eâdem præservent, quod sint à µéyuşu. Præscribit inter hæc Archigenes apud Galen. 1. 2. de comp. med. f. 1. c.2. absinthium mane jejuno corpore potum, myrti florem, & myrrham ac rutam, trita ex aquâ. Inprimis verò amygdala amara eo nomine commendantur, experimento medici apud Plurarch. 1. c. qui Drusi Ti, Cæs. F. coætaneus bibendo aliis omnibus palmam præripuit, quinque aut fex amygdala amara subinde ante compotationem edere solitus évena to µn µeθúoneog, ne inebriaretur, & prohibitus, ac, ne id facere posset, obfervatus, facillime à vino fuisse victus refertur.

Rationes adducuntur variæ, partim ibidem, partim ab aliis, relatæ ad vires exficcandi, difcutiendi, & meatus vellicandi, verbo diureticas. Sequitur hos presso pede Levinus Lemnius 1. z. de occult. nat. minac. c. 17.p. 309. Addi potest oleositas demulcens, fixitas obtundens, vis roborans, ventriculum defendens. Hæc omnia tamen cum grano salis intelligenda, ne plus justo iis adscribamus.

Repeti hic meretur 9. usus amarorum, quod pueredinem arcent, qui superius jam tactus, quoad externam condituram mechanicam. Idem omnino præstant etiam corpori tum interne, tum externe. Præstant hoc ob rationes, quas Fernelius I.c. addit nempe siccando, absorbendo, detergendo, & duscedini relistendo. Cum ergò calorem augeant, humores absumant, (humiditas quippe maxime putredini est obnoxia,) imò quia etiam attenuant & resolvunt, verminosæ putredini contrariantur, & funt anthelmineica, ob fulphur ballamicum fimul partes condiunt & quasi balfamant. Hincut amara ipfa non facile putrescunt, nec vermiculos experiuntur, ita quæ id patiuntur tamen, ut radix angelicz, humiditati adjuncaz, & fulphuri minus activo vel corruptibili id acceptum ferunt. Hinc afcarides, teniam & lumbricos enecant, v.g. tanacetum, colocynthis, femen zedoariz &c. Hinc

Hinc & illo nomine in morbis à putredine ortis tam præfervative quam curative locum habent, & funt bezoardica, inprimis fimul balfamica, ut angelica, myrrha, petafites, hinc & alia, ut fcordium, galega &c. in febribus malignis & pefte ipså optime proficua, quæ verbo faltim hic delibaffe fufficiat. Sunt antiscorbutica, in scorbuto frigido non minus, quàm ca. lido, ob fixitatem, longe optima, quatenus putrilagini lymphæ corrigendæinserviunt, indeque oriundis symptomatibus omnis generis contra eunt & adversantur, exemplo fumariæ, scordii, absinthii, costi veri, & similium.

Eminet quoque egregia eorundem vis condiendi externe in ulceribus, quandoquidem humiditatem superfluam exficcant, ichorem purulentum abstergunt, parietes corum condiunt, imò acescentem ichorem corrigunt, absorbent & edulcant. Sic & gangrænæ fi quæ alia refiftunt, unde merito deco-Aum nigrum chirurgorum ingrediuntur. Pertinet huc relatio Galeni de cadaveribus à scordii contactu à putredine magis affertis, quâ parte illi incubuerant à prælio, l. 1. de antid. c. 12.

Amara 10. adstringunt & roborant. Hoc dum afferimus; non argutandum ac fi nobis contradiceremus, quia antea diximus eadem aperire. Sciendum igitur amara utrumque pof. fe præstare ob diversitatem particularum & texturæ; ob particulas falinas aperiunt, ob terreas fixiores ficcantes adstrin. gunt. Hinc rhabarbarum purgat & roborat tamen, unde iis cafibus nobilissimum est, quando & evacuare & roborare est animus. Elucet quoque vis illa adstrictoria tum in aliis, tum in gentiana, cui Dioscorides l. 3. c. 3. vim sun juniv adfrictoriam tribuit. Sane amara hæcin vomitu reprimendo, hyposhondriaco, pituitofo, biliofo, optimo confilio adhibentur. Hinc & în imbecillitate ventriculi egregie fe gerunt, quia non folum calorem reftituunt, fed & adstringunt & roborant fibras. Quodque nonnulla id minus obtinent, acrimonia conjuncta eff adfcribendum. Hincamara optima funt aperientia, per jam dica, quia fimul villos & elaterem roborant.

Sunt etiam ob hoc ipfum amara fimul traumatica, us ariftoaristolochia, quia præter alias vires, & dictas inprimis, ficcandi simulque adstringendi & roborandi, sanguinemque sistendi vi pollent. Quædametiam partibus vulneratis imposita ad. stringunt, integras verò abstergunt, ut aloe. Quando igitur Galenus scribit, amara non adstringere l. 1. de simpl. c. 32. dictà hâc limitatione est intelligendus, alioqui sibi ipsi contrarius futurus, quippe de absinthio, hemionitide aliisque passim testatur contrarium. Exempli loco sint gallæ & aloe ipsa, quæ inter "gaupa probatiora haud infimum obtinent locum, puta externo jam dicto usu.

Sunt inter amara 11. quoque anodyna, quod & Galenus de radice amara Homeri prædicat, cunctos que sola dolores abstulit, l. 1. deantid. c. s. Præstant verò id, quæ vaporosa funt magis, seu sulphure volatili prædita, ut absinthium, & in . star omnium opium, ne de balfamicis quoque dicamus & demulcentibus. Sic funt, qui aloen inter emplastra antiarthritica recipiunt, non inani penitus confilio: fic abfinthium excessu disponere ad apoplexiam judicatur. Imò & somnum hinc citant amara, non tantum privative, uti de aloe id dici poteft, juxta Eraft. Disp. de somno §. 79. sed & positive, quatenus sulphure rorido diffusivo spiritus blande afficiunt, demulcent, ligant, porosque oblinunt. Sic opium vigiliarum & dolorum genuinum est juvamen. Sæpe tulit fessis succus amarus opem. Tacemus epithemata & emulfiones ad dolores capitis, ex nucleis perficorum, armeniacorum, amygdalorum amaro. rum. &c.

Sunt denique 12. amara quoque fpecifica, harum vel illarum partium archeo particulari magis amica, & morbis earundem multiplici ufu commendata, fpecificis indicationibus fatistacientia. Sic caftoreum, lilium convallium, ruta funt cephalica magis, ne affectus fpeciales laudemus alios: mentha abfinthium, ftomachica: helenium, tuffilago, fquilla, pectoralia: cichorium, rhabarbarum, abfinthium, hepatica, ne alia addamus: matricaria, dictamnus, fabina, uterina.

Hæc verò & alias qualitates habent comitatas, & latius patent, quàm ut hic exquiri postulent sigillatim. Sufficit, o-

mni-

mnibus & fingulis corporis partibus etiam amara velificari suo loco, & sic reverà esse *Polychresta*, & communi usu & specifico, prore natâ, quo titulo obsignabimus reliquas, quæ laudari potuissent vires, facilè ad dictas referendas.

CAPUT III. Des Amarorum noxis.

Uemadmodum historicum decet, non tantùm virtutes laudibus profequi in recensione personarum, sed & vitia non dissimulare; ita multo magis interest in scholis medicis ita nosse vires juvantium, ne nocentium obliviscamur. Habent & amara suas noxas, seu veras, seu imputatas, per se & per accidens tales, in excessi & defectu.

Præsupponendum verò, amara corpori esse infensa tum in corpore genita, tum ab extra eidem illata, juncta v.g. acrimonia majori, vel aliis. Negari nequit, & amara esse morbosa, vel bilis in corpore exemplo. Amarum hoc est microcosmicum, quod natura separat à sanguine,& per urinam ac alvum expurgat, ne à retentione nova oriatur. Evadit verò causa morborum, quando quantitate, qualitate & motu peccat, quæ vitia humorum sunt communia. Hinc quoties tale amarum, calidum & un & un du ofum colligitur, peccans & eminens, modò bilis, modò biliofum, modò cacochymia biliofa appellatur, prout vel ab errore externo, vel à facultate læsa, ut loqui amant in scholis medicorum, agnoscit originem; prout item vel extra massam sanguineam, vel eidem nupta confideratur, vel propriè bilis, vel analogice biliofum, quod in ventriculo ex cibis corruptis, adustione & corruptione faltim generatur; amarum flavum liquamen vocat Helmontius 1. à sed. anim. ad morb. t. 10. p.m. 235. penuria vividi fermenti in stomacho genitum.

Non

Non nostrum est hic loci pathologiam morborum bilioforum latius referre, id tamen meminisse breviter operæ pretium est, bilem turbare coctionem, sanguinem præcipuê rarefacere, & fermenta peregrina fabricare, cum vel sine acido, conspurcare lympham, & hinc partes, rosivam evadere facilè, & si deficiat ac iners sit, acidum excedere facilè, & febres ac omnis generis morbos calidos & frigidos, prout vel excedit vel deficit, ex hoc sonte scaturire. Adeoque patet, ideò amarum corpori nostro innatum, & in p. n. statum mutatum plurimos excitare posse morbos, quod latius explicat Jo. Frid. Helvetius in Diribitorio Medico, cap.so. p.55.seqq.

24.

Quod verò affumpta attinet, five errore, five abufu, ex antiquis notum est fulmen Antonii Muse pref. l. de betonica: aloes & abfinthii, feu amarorum, non est tanti sentire auxilium, quâm ut amaritudinem sentias. Exaggerare satagit noxas illas in universum Laur. Gryllus 1.c. l. 2, c. 6. p. 94. seg. quod toti nature fint dissimilia & adversa, que maxime abhorreat ab iisdem, sponte sua naturalique odio respuens. Juvari eandem magis benignis, gratis, similibus, non horridis & ingratis : nec nutrire, nec delectare, nec alia commoda in corpore præstare, sed ab ipså natura separari amara. Quodque præstent ad incidendum, aperiendum, abstergendum, alia quoque posse, eaque svaviora, adeò ut non necessaria putet eadem, quo de latius ipse legi potest. Adducit quoque ex. empla, fibi febrim, & aliis ex aloe, & ipfam mortem fecutam; medicum Parisiensem ab usu capitulorum absinthii cum melle, ad alvum levandam, adeò cruciatum effe, ut co die de vita desperaret.

Aft utalia ratio est medicamentorum ac alimentorum, ita nec horror tantus est naturæ ab amaris, nec detrimenta timenda. Abusus non tollit usum, nec separatio bilis in corpore usum amarorum tàm damnat, quàm confirmat & demonstrat. Bilis corporis est balsamum, sanguinis progenies, humor necessarius & utilis, acidi antidotus. Sæpe ab amaris

ex-

expectatur unice auxilium, quod ab aliis non expectaveris, in quacunque demum indicatione implendâ, ubi eorundem usus est. Sint ingrata gustui, obvelari, temperari, misceri possunt aliis, unde & tormâ pilulari magis præbentur.

Noceant alia morficatione nimiâ, ut colocynthis, alia gravando corpus, quod Hippocrates tangit, l. 4. de morb. c. 8. t. j. ut cardiogmum gignant, bile copiofiori inde genitâ; noceat aloe obferando vafa hæmorrhoidalia & tenefmum inferendo; Cicurentur, non fumantur, nifi decenter, & metus omnis ceffabit. Peccari omninò poteft nimio & quotidiano ufu, non habitâ proportione ætatis, temperamenti, indicationum; quid hæc ad invertendum ufum amarorum? Medicamenta à medico ordinanda, non imperitis, ut non imitentur gladium in manu furiofi, fed impendantur ut par eft.

Sic, ut speciatim quædam delibemus, minus conveniunt amara,(1) calida & siccia, seu biliosis uno verbo magis, cum defectu lymphæ majori. Sic tabidis, hecticis, aridis minus quadrant, & in causa privativa, inanitione præsente. Hinc & majori gradu amara in phthis, & ubi magis humectantia in usum funt vocanda, parcius præbentur, siccant enim & calefaciunt, sicque roscidam & blandam sympham destruunt. Contrà ea torosis, quadratis, humidioribus & imminutione egentibus magis conveniunt. Qui verò id minus distinguunt, & v.g. pilulas aloeticas adfumunt frequentius, quid mirum est, fi incurrant damna, quæ evitare debuissent?

Et hic locus videtur esle, ut de noxâ amarorum în brutis dicamus. Sunt enim (2) amara venena brutis nonnullis, quod de amygdalis amaris prodidit Dioscorides 1. 1. c. 143. vel juxta al. 176. aleives regi alaúrrenaz, inquit, βρωθέλζε σύν τωι, vulpes etiam necant comesta cum aliquo: ex quo idem confirmat quoque Plinius 1.23. c.8. addens folum, quod & Plut archus facit 1.c. nist contigerit è vestigio aquam lambere. Cumque familium eadem sit ratio, idem valet de aliis tum amaris, tum subjectis; idem enim faciunt & in felibus, canibus, lupis, psittacis, cornicibus, aliisque forte pluribus. De fele exemplum habet Marcellur Vergilius in comment, Diosc. 1. c. p.m. 153. ubi; nec ultra septem O octove octove ad fummum haustis (amygdalis amaris excorticatis) torqueri intus animal cepit, & veluti furiofum circumagi. Toto tandem corpore distentum difficillimum mortis genus obire videbatur, periitque non ultra horam protracta vita. Idem valet de nuce vomica, quâde vid. B. Lossi instar omnium, ob eandem fine dubio rationem, & aloe, de quâ Scaliger exerc. 278. § 12. nos, inquit, vulpeculam, aloe cum carnibus devorata vidimus extinctam.

Caufa, inter alia, præcipua videtur in brutorum il'orum neglod quærenda, quatenus fpiritus eorundem fubtiliores, & lymphâ minus temperati, non ferre poflunt fulphur hoc falino-terreum eminens, vaporofum, refolubile, quin obtorpefcant primò, poris occupatis, hinc in fpafmos agantur, ad internecionem ufque. Idem verò è fingulis hifce in homine, & porcis quoque, non locum habet, quo de pluribus differere h.l. effet extra olcas vagari.

Nocent (3.) amara in effluxu fanguinia, qui potius eft inhibendus, quàm promovendus, quandoquidem præpøllent particulæ incidentes & attenuantes. Exulare igitur debent in iis, quibus vel hæmorrhoides velmenfes fluunt, quia fluxum illum magis promovent, qui tamen, fi nimius, potius fifti defiderat. Imò ab immodico amarorum, præfertim aloeticorum, ufu hoc incommodum reportatur, maximè ab iis qui funt atrabilarii, feu quorum bilis acribus & acidis particulis eft confermentata, ut hæmorrhoides experiantur. Evitari quoque debent in hæmoptyfi præeunte Galeno 1.4.de fimpl.med. fac. cap. 18. dicente, amara bis qui fanguinem fpuunt nocere, præfertim quia, tefte Fernelio, irritant & exafperant, adecque & magis affe fum hunc augent, quàm fedant. Hinc Calvinus ex crebro aloes ufu incidiffe fcribitur in hæmorrhoides ulcerofas & fanguin's exfcreationem, tefte Bezâ in ejus vitâ.

Amara non fine noxâusurpantur (4) in dysenterià & ulceribus intestinorum, quorsum spectat insignis locus Galeni l. de opt. sell. Empir. cap. 11. ubi amaritudinem habentia ulcera irritare observat. Quicquid igitur irritat, magis exasperat malum, & per consequens exesse merito debet. Minus itaque conconveniunt in dysenteria, si rhabarbarum excepe is in principio, vulgato usu, abesse aliàs quoque jubenda, ubi magis demulcendum, quàm detergendum est.

Amara minus favent & congrua funt (5) utero gerentibus, gravidis, unde cautè cum iisdem debent mercari. Cum enim spectent ad victum attenuantem, nec inter confortantia numerari queant, imò nauseam facilè & aversationem vel stimulum quoque ipsum inferre apta nata sint, conferre ad abortum in dispositis, & setu adhuc minori, queunt fortiora. Asfertum hoc est ipsus Hippocratis l, 1. de morb. mul. c. 42. 1.2. esse inquiens, que sectum perdunt, su de sorb. mul. c. 42. 1.2. esse es to 29 5, n ntwor, fi acre quid aut amarum ederint aut biberint prater confuetudinem, dum adhuc parvus intus est infans.

Valet idem præcipuè de dictis fortioribus emmenagogis, uti myrrha à Galeno l. 8. de med. fimpl. fac. fætum enecare & ejicere dicitur; fimile fatum ab elaterio eft expectandum, idem enim l.c.menfes ciere & fætum appositum enecare scribit. Moderata autem lenientia, ut aloetica, & sennata hinc quoque non tantùm sunt innoxia, sed & speciatim in nausea & vomitu gravidarum convenientissima, quippe ob fixitatem amurcam biliofam ad alvum commodissime divertunt, & sic naturam liberant.

Quod verò de noxâ diximus in gravidis, idem dicum fit de puerperis & infantibus, quam in rem memorari meretur elegans obfervatio D. Petri Rommelii, parentis dilectifimi, quæ hæc eft: Laborabat ante aliquot annos puerpera quædam per decem jam dies alvo obftructâ, ab illâ causâ enatâ, quod fuafu muliercularum, (officiosè plerumque interficientium,) pro ventriculo debili, (de quo illa conquerebatur,) juvando, ab ipfo ftatim partus tempore, aquam fontanam, in quâ abfinthium fuerat decoctum, pro potu ordinario bibiffet, quæ, unà cum pertinaciffimâ alvi obftructione, lac in mammis adeò amarore infecit, ut infans lactandus, ob lactis amaritiem, fugere renueret, ejusque amaritudo odore & fapore manifesto deprehendi posfet. Sequebantur dolores capitis, perpetuæ vigiliæ, fitis maxima, febris ardens, delirium & tandem ipfa mors, quam, re desperata & conclamata vocatus, avertere non potuit medicus.

Pertinet huc (6.) dica scripta amaris à Galeno cum alibi, tum lib. 6. de simpl. med. fac. c.2. quod amarum ipsum per se omnifariam sit xaxo5óµax200, infen/um stomacho; quamvis à medicis communiter, & inprimis Germanis, maxime inter stomachica laudentur. Sed facile est est ipso textuid diluere. Concedi potest, esse inimica ventriculo, bene habenti, citra indicationem ullam, ast in cruditatibus pituitoss & bilioss, quibusapprime debentur amara, alia res est. Concedi, esse talia per se, magis favere stomacho, qua amara sunt simul volatilia, aromatica, ut absinthium, acorus verus, quàm pure talia; concedi respective, acida, acerba, aromatica magis amica & grata. Confer. B. Rolfinc. Ord. & Meth.comment. l.g. f.1. c.1. p.734.

Non minus idem (7) de usu bepatico, ne de aliis dicamus, locum habet. Qui negant aloe jecur offendi, ait Scaliger 1.c. exerc. 160. c.3. experientiæ scuticå digni sunt. Hoc per annos amplius quadraginta compertum habuimus; latius videndus ibidem. Non id fatum aloe experitur solum, sed & rhabarbarum, utut specificum hepaticum habitum, sed & rhabarbarum, utut specificum hepaticum habitum, sed & rhabarperies congrua, calidiori & sicciori adversum judicatum ut Hollerio Schol. 1. 1. c.38. de morb. int. ita & aliis. Singula hæc afferta sano senso se

Unde nec illud reticeri debet Galenicum effatum (8) amam oculu non convenire, l.4. de comp, med sec. loc. c. a. id enim non verum est, nisi, ut ipse innuit, de mordacibus & exacerbantibus, mitiora enim, ut chelidonium, fumaria, aloe, fel lucii piscis & alia, vi sua abstersiva & siccante, etiam oculis medelam afferre ar tanata deprehenduntur.

SOLI DEO TRIUNI GLORIA,